

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Simon Toelmann Eberhart Johannes Speckhaen

**Propositiones aliquot Iuridicae De Gravi Et Frequentissimo Iniuriarum & Famosorum Libellorum Delicto**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731519108>

Druck Freier  Zugang



Dok. 38

Propositiones aliquot  
Juridicæ  
DE  
**GRAVIET**  
FREQUENTISSIMO  
Injuriarum & Famosorum Libello-  
rum Delicto:  
*Quas,*  
DUCE JEHOVA,  
PRÆSIDE,  
*Amplissimo, Clarissimo & Consultissimo Viro,*  
**Dn. SIMONE TOELMANNO**  
U. J. D. in Rosarum Academia Juris Professore  
Ordinario celeberrimo,  
*Examinandas proponit*  
**EBERHART JOHAN. Specchiaen/**  
*Elmopolitanus,*

*Publicē*

In Auditorio majori ad diem Martij.

T. D. 237. 38.

ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typ. Anno 1626.

1a

Aud. 1625  
ppn 2

VIRIS  
*Magnificis, Amplissimis, Prudentissimis, Or-  
natissimis, Clariissimis & Consultissimis,*

D N.

**Consulibus, Syndicis, totique**  
**Ordini Senatorio laudatissimo, Inclytæ**  
Reip. Bremanæ, Dominis, Cognatis, Affinibus,  
Amicis, Mecænatibus, respective suis,  
officiose colendis &c.

Has Juris positiones, Publicæ  
velitationi in Academia Rola-  
rum propositas,


In

Perpetua gratitudinis pignus  
Literarij officij symbolum,  
Devotæ observantie monumentum,

L. M. Q.

Dicat & Consecrat  
A. & Resp.

EBERNART JOHAN Speckhaen  
Elmopolitanus.



**In Nomine Domini nostri Iesu Christi, ad omnia consilia omnesque actus semper progredimur.**  
*I. 2. C. de Officio Praef. Præt. Afric. &c.*

## Propositio I.

**R**ius quam ad propositam disputationis nostræ deveniamus materiam, operæ premium fuerit, ut de delictis, quorum in jure nostro fit mentio, & quot generæ eorum sint, dispiciamus.

2. Delicta autem in jure nostro sunt Duplicita Publica, & Privata: Illa ob vindictam publicam quasi publicam, quemlibet de populo ad accusandum admitunt: & eorum sunt Criminum, de quibus aliqua publicorum iudiciorum lege cavetur; ut Læsa Majestatis, homicidij, adulterij, falsi. *I. i. ff. & tot. tit. instit. de public. judic.*

3. Privata sunt, quorum accusatio vel persecutio regulariter non permittitur, nisi offenso: ut sunt fursum, rapina, damnum, injuria. *I. fin. ff. de privat. delict.*  
*I. manifestissimi C. de Furt. Specul. in tit. de accus. fin. Gombez. c. i. delict. n. 9. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. 1. & seq.*

4. Regulariter dico: quia interdum iudex, læso non accusante, vel desistente, ex officio in hæc inquirit

*l. congruit ff. de offic. Præsid. l. item apud Labeonem. §. si quis fecit ff. de injur. l. per omnes C. de Defensor. Civit. l. qui sepulchra. C. de sepulch. viol. l. 4. §. 1. ff. ad l. Jul. pecul. Prætor enim injuriam punire ex officio, adeoq; extraordina-riè potest, non jure actionis; ne ullum peccatum in Re-  
publ. maneat impunitum l. ita vulneratus 51. §. 2. ff. ad  
*L. Aquil.**

*§. Ex prædictis igitur colligimus, injuriarum causam, non publici, sed privati esse judicij, & continere privatam judicij querelam. l. injuriarum 7. C. b. t.*

6. Nos furto, rapinâ, damno, hâc vice omissis, de quartâ & postrema privatorum delictorum specie, non minimâ, de gravi videlicet & frequentissimo In-  
juriarum & Famosorum Libellorum delicto, duntaxat agemus.

7. Injuriæ autem vocabulum est generale, & du-  
pliciter ut Genus & species capitū: In generali signifi-  
catione, omnia delicta, tûm publica, tûm privata, quia contra jus fiunt, injuriæ non inepte dici & pronunciari possunt. Harprecht. *in tract. Criminal. tit. de injur. n. 4.*

8. Generaliter etiam *ἀδικία* significat, & ini-  
tatem atq; injustitiam, vel omne id, quod non jure fit,  
aut quod jure & justitiâ caret. *l. i. in princ. ff. b. t. in princ. inst. cod.*

9. Specialiter contumeliam à contemnendo di-  
ctam, sicut hoc loco, quæ Græcis *ὕβερ* est; vel damnum  
culpâ datum, ut in *l. Aquilia* ( quæ de damno injuriâ da-  
to lata est ) Græco verbo *ἀδικημα*, d. *l. i. in princ. ff. b. t. &*  
*d. princ. Inst. cod. l. i. & l. 5. ff. ad L. Aquil.* Ulpianus pau-  
lò aliter hæc distinguit, & tres facit injuriæ species, con-  
tumeliam, culpam, & iniquitatem.

10. Pro-

10. Pro Contumelia acceptum, definitur, quod sit delictum, quo liberi hominis corpus, fama & existimatio, aut dignitas alterius per contumeliam lœditur: Ideo fortassis, quia nemo, nisi quem contempsit, tali injuriā notat; ut hanc injuriam contumeliosam appellare possis: quod Vultejus *hic in fine* & Borcholt *in princ.* authoritate Senecæ *lib. 2. de tranquillitate vita c. 11.* confirmant.

11. Liberi hominis dixi, Quia injuriarum actio ad homines tantum liberos, non ad servos spectat. & recte quidem. Omnis enim injuria *aut* in corpus inferatur, ut cum quis pulsatur: *aut* ad dignitatem lœdendam, ut cum Comes Matronæ abducitur: *aut* ad infamiam, ut cum alicujus pudicitia attentatur, pertinet. *l. 1. §. omnemq; ff. b. t.*

12. Quare in servos qui jure civili neq; corpus (corpus enim quod habent non sibi sed dominis habent. Unde & personā in jure carere censentur, uti existimat Petrus, *non Apostolus, sed* Theodosius. *in collig. Crimin. disp. 2. th. 14. sub lit. B.* quod tamen non existimamus) neque dignitatem *l. pen. de his qui not. inf. l. pen. de extraord. cogn. vel famam arg. l. 1. 2. 4. l. ictus fustium de his qui not. inf. l. 6. l. verbis C. eod.* habent, injuria non committitur, quo ad ipsos scilicet. At si atrox injuria fuerit, quæ etiam Domini personam fugillet, vel ejusdem intuitu illata sit, ipsi domino facta censetur. *l. 1. §. 3. l. 15. §. fin. l. seqq. & l. 25. b. t.*

13. Dignitas ad civilem, Fama ad statum naturalem & mores refertur, Aliud enim est dignitatem alicujus appetere; aliud famam lœdere, Gothofr. *in l. 1. §. 2. super verb. in corpus fit ff. b. t.*

A 3.

14. Atq;

14. Atqe hec ultima species huc tantum pertinet. Hic enim de injuria ea agitur, quae contumeliae causa fit: Verum qualiter, & quod modis injuria accipiatur, fusius explanavit novissime Ludov Gilhausen, in comment. de injur. §. 1. n. 2. & seqq. n. 131. & 192. cum seqq. & n. 233. & seqq.

15. Vnde à Labeone JCto in Realem & Verbalem communiter recte dividitur. §. in inst. b. l. 1. §. 1. ff. eod. VVeseb. in parat. ff. b. t. n. 7. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. injuria. num. 1. Schneid. inst. ad b. t. §. injuria. numer. 1. Geil. lib. 2. obs. 104. Vult. lib. 1. jurispr. Rom. c. 94. numer. 5. Minus autem recte à quibusdam in Realem, Verbalem, & scriptam: Nam quae in scriptis fit & famoso libello, etiam verbis fieri dicitur, per autoritates modò ad duas. Cum, ut Paulus ait, non figura literarum, sed oratione, quam exprimunt literæ, obligemur. *b. non figura* 38. ff. de obligat. & action. Vnde injuria scripturâ contenta, & equiparatur iniuriæ verbali. Roman. in conf. 378. Andr. Facin. lib. 9. cautelar. cap. 9.

16. Realis est, quae facto fit, (Rei autem appellatio hic latè sumitur, & dicitur de quovis facto injurioso, unde hec realis injuria in l. 1. §. 1. b. dicitur manu fieri, quo omne ijlud, quod ab aliquo non voce, sed ipso tantum facto explicatur) idqe vel propriè, quod in corpus, aut alicujus domo, vel bonis, infertur, vel minus propriè, & sic extra corpus, quando facto quando quidem non per se, sed iteratione, & usu verborum accidente, præ se fert contumeliam. l. 1. §. 2. ff. b. t. Paul. lib. 5. sent. t. 4. in princ.

17. Propriè, & in ipsum corpus infertur, veluti si quis pugno pulsatus, fustibus cæsus, quæstione corruptus,

ruptus, vel flagris cæsus, aut lapide petitus sit l. s. §. 1. b.  
Si quis alicui crines aut barbam expilaverit, quæ o-  
mnia aliquid violentiæ habent d. l. 1. §. 2. b. Inter verber-  
are autem & cædere, ut Ofilius scribit, hoc inter est, quod  
verberare est, cum dolore cædere: pulsare verò sine dolo-  
re l. L. Cornelius 5. in princ. Et §. 1. ff. b. t.

18. Item propriè Realis est injuria, si alterius ve-  
stimenta quis injuriosè tangat, pileumvè convellat, l. sed  
est questionis 9. in princ. ff. b. Dambaud. in prax. rer. crim.  
c. 137. n. 1. vel si quis fumo corrupto aliquem perfuderit,  
aut in vicini domum, aut fundum, stercora, fimum,  
fordes, aliosvè pædores, injuriæ faciendæ causa, effun-  
dat, immittat, vel proijciat. l. ff. pen. b. t. l. sicut 8. §. Aristo.  
5. ff. de servit. vindicet.

19. Injuria Realis quæ extra corpus, & sic minus  
propriè committitur, est, quando citra corporis sui con-  
tumeliosam & violentam tractationem, facto quodam  
quis despicitur, vel habitu, vel gestu, vel alio quodam  
actu.

20. Habitu despicitur quis, cum ad alicujus con-  
temptum, lugubri, aut squalidâ, aliavè veste quis utitur.  
l. item apud Labeonem 15. §. generaliter 27. Et l. 39. ff. b. t.  
Pater meus dilectiſ. cent. 2. class. 3. quæſt. 10. Dambaud. prax.  
rer. crim. c. 139. n. 1. Hic enim, nisi ob consanguinitatem  
& proximam affinitatem excusetur, injuriarum reus fit.  
ll. Et auctoritat. adduct. Cujac. 6. obs. 5.

21. Gestu fit, cum quis in suo proprio corpore,  
contumeliam alterius exprimit & significat, veluti si ad  
alterius respectum linguam exerit, oculos distorquet,  
infortunia indicijs exprobret, faciem mutat, capillos  
aut barbam demittit, vel etiam manus adversus aliquem  
levat,

Ilevat, quasi verberaturus. d. l. 15. §. generaliter 27. & ibi  
Gothofr. in verb. barbam. Damhaud. in pract. crim. d. c. 139.  
numer. 1. Pater meus cent. d. 2. claf. 3. quest. 10. & Cur  
jac. d. 1.

22. Alio quoq; actu despicitur quis, si quis ali-  
cui in contumeliam litem movet, arrestando quem im-  
pedit, quo minus in suo publicovè ire agere, pescari, vel  
re suâ uti, vel etiam in sylvis, alijsvè locis, in quibus libe-  
ra venatio est (vulgò, Freypusch / vel Freyburst) aucupa-  
ri possit; Item literas f signat, resignat, aut cælat. l. in-  
juriarum 13. si quis me 7. ff. b. t. Bart. in l. i; em apud. 15. n. 1.  
ff. b. t. l. 2. Nisi forsan jus ejusmodi venandi, pescandi, & au-  
cupandi, in fundo vel loco aliquo, à prohibitionis  
tempore, ab alio sit præscriptum l. 2. l. si manifestè 7. C. de-  
serbitut. Harpr. in tract. crim. n. 21. b. t.

23. Hinc generaliter judicandum, injuriarum te-  
reri eum, qui suâ in possessione, vel quasi possessione,  
alium dolo malo turbaverit. Quod sentiunt Bart. in l.  
extat 13. n. 4. ff. quod metus causa. Angell. in l. cum filius fam.  
49. §. 1. ff. b. de verb. oblig. Menoch. remed. 3. retinend. pos-  
seß. quest. 76. n. 606. Quot autem modis quispiam alte-  
rum in suâ possessione turbare dicatur, latissimè post a-  
lios à se relatos persequuntur idem Menoch. d. remed.  
3. quest. 62. n. 467. multis cum seqq. Mascard. de probat vol.  
2. conclusi. 1390.

21. Cum autem suæ quisq; rei sit, moderator at-  
que arbiter. l. in remandata 21. C. mandati: eadem etiam  
abutendo l. sed et si. 25. §. consuluit u. ff. de petit. hered.  
Iniquum etiam sit, atque contra bonos mores, homi-  
nibus ingenuis, rerum suarum alienationem & admini-  
strationem non esse liberam: l. 2. si quis à parente manu-  
miss.

*mīſ. sit. l. pen. ff. de pāctis. l. nemo exterus g. C. de jūdēis.*  
Injuriarum ideoq; actio meritō adversū illos danda est,  
qui dominis disponendi facultatem de rebus suis aufe-  
runt, quod cum eorum contemptu & injuria plerunq;  
conjunctum est.

25. Is quoq; qui amatoriam cantilenam flecten-  
dæ puellæ causa cecinit: vestes, vultum, corpusvè ad eas  
corrumpendas cōposuit pecunia subministravit, vel me-  
dicamentis aliovè modo animos earum alienare tētavit.  
*arg. l. 9. §. fin. l. 10. l. 15. §. 27. ff. b. & §. fin. ff. de ex. ord. crim.*

16. Si quis etiam matrem familiās, aut prætex-  
tatum, prætextatamvè adsectatus fuerit vel appellave-  
rit, hoc est, sermone, vel assidua frequentiā attentave-  
rit, injuriam committit. *§. 1. Inst. b. t.* Assidua enim fre-  
quentia præbet quasi nonnullam infamiam, & qui turpi-  
bus verbis utitur, licet non tentet pudicitiam, tamen,  
quia contra bonos mores facit, injuriarum tenetur.  
*Schn eid. b. t.* Et deniq; alijs quamplurimis modis (*quos*  
*repetere licet ex ff. eod. tit.*) admitti injuriam manifestum  
est, & passim in legibus extant. *d. §. 1. Inst. b. t.*

27. Actus autem qui citra injuriam potest inter-  
pretari, in meliorem debet accipi partem, ut ab injuria  
remotus sit. *l. item apud. 15. §. si. communem. 36. b. t.*

28. Cum autem injuria ex ipso affectu seu animo  
injuriantis æstimetur, & quædam eorum citra injuriam.  
(uti in proximè præcedenti th. dixi) interpretari, & fieri  
possint: diligenter considerandum est, an, quid, & quan-  
do, contra bonos mores factum sit. *l. 3. §. 1. & seq.*  
*ff. b. t.*

29. Non inutilis, sed scitu digna, ambiguitate,  
etiam plena hīc moveri potest Quæstio: Num etiam,

B

omit-

omittendo vel non faciendo injuria fieri possit nec ne.  
Harprecht in tractatu suo criminali, doctam admodum & eruditam hujus quæstionis adducit opinionem & decisionem; Sed ego, inquit, injuriam interdum etiam omittendo, vel non faciendo fieri, verius esse censeo. Si quis etenim aliquem tanquam excommunicatum, vel bannitum vitaverit, b. e. congressu & colloquio ejus abstinuerit, injuriarum tenetur per l. ff. 2. ad l. Pompeian de parricid. & l. quisquis 5. §. pen. C. ad l. jul. majest. Quibus in locis, capitalis etiam injuria omittendo, i. e. crim men non revelando, committi videtur. Eandem etiam sequuntur sententiam Clarus lib. 5. sent. §. injuria. n. 1. circa finem. Cravet. conf. 168. n. n.

30. Postremò per quemcunq; alium actum aut modum fama & existimatio alicujus imminuitur, Injuria alicui fieri & injuriarum actio hinc nasci dicitur. Quicquid enim ad infamiam vel opinionem & alterius existimationem laedendam, diminuendam & spargitur, & objicitur, injuria est, & injuriarum tenetur generaliter d. l. generaliter 27. ff. b. t. Et tantum etiam hic de injuria reali.

31. Verbalis fit injuria, si cui convicium factum, b. e. vocibus contumelia illata est, in judicio, vel extra l. i. §. 1. l. lex Cornelias 5. §. si quis librum 9. ff. b. t. §. 1. Inst. eod. Id quod contingit duobus modis, dicto nimirum, vel scripto.

32. Dicto, seu lingua, cum quis ore suo in aliquem verba, natura sua injuriosa, & bonis moribus contraria, profert, aut ab alio proferri curat. Nam despicie injuriarum ita edixit Prætor: Qui adversus bonos mores convicium cui fecisse, cuiusve operâ factum esse dicetur,

cetur, quo adversus bonos mores convicium fieret: in eum judicium dabo. l. 15. §. ait Prator 2. & seq. b. t. Clar. lib. 5. sentent. §. injuria n. 1. vers. verbo puta. Ubi hæc verba: *Adversus bonos mores*, ideo adiecit Prætor, ut significaret, non omnem in unum collatam vociferationem, hoc loco notari. Quemadmodum alias convicij vocabulum denotat, quod nimurum à convocio est deductum. l. 15. §. convitum 3. ff. b. t. Sed eam tantum, quæ bonis moribus improbatur, quæve ad infamiam vel aliquius invidiam spectat. d. l. 15. §. 5. ff. eod.

33. Unde convicium non male definiri potest: quod sit maledictio cum contumelia petulantius adversus bonos mores jactata, l. 1. §. 1. & l. 15. §. sed quod adjicitur ff. b. t. Maledictum autem cum contumelia dicitur, quia sublatâ contumeliâ, quæ est de substantia delicti, desinit esse convicium. Huic M. Cic. pro Cælio, Maledictionem dicit nihil habere propositi præter contumeliam; quæ si petulantius jactatur, convitum, si in facetijs, urbanitas nominatur.

34. Quod si tamen risu & joco homines deluduntur & contemnuntur, ita ut conturbentur; tunc etiam facetiæ quæ mordent, pertinent ad injuriam. Unde Salomon. Eijce derisorem, & exhibet cum eo iurgium.

35. Et hinc etiam pro contumelia habetur omne id, quo alicui naturæ suæ vitia exprobrantur, quæ crimén non merentur d. l. 15. §. generaliter b. t. Clar. 5. sentent. §. injuria. n. 13. Geil. 2. obs. 101. Et hæc sola illa convicia sufficiunt sine circumstantiarum adjectione prolatæ, licet gravior per eam reddatur injuria. Socin. consil. 118. n. 1. vol. 1. Farin. quest. crim. 105. n. 12.

36. Sic etiam si quis dixerit alicui, Tu es bonus homo, quæ communiter intelliguntur, tu es cornutus, (vulgo Hanenreyer, vel Hanerex) ut habet Socin. in cons. quodam, de quo mentionem Caravita facit super ritu 311. magna Curie, n. 22. Dom. Card. Tuscb. tom. 4. practicar. concl. 158. n. 5. lit. I.

37. Sed quæstionis est: Numquid etiam is qui illegitimè quidem natum, à Principe autem legitimatum, Bastardum, spuriūm vè appellaverit, injuriarum cōveniri possit, nec ne? Et posse, in terminis terminantibus (uti a-  
junt) consuluit Decius. conf. 102. tom. 1. conf. 10. criminaliū va-  
riorum fCtorum. Id quod verissimum putandum: talia  
enim verba adversus legitimatum evomens, in pœnam  
legitimationis instrumento insertam incurrit, quæ in il-  
los statui solet, qui spretā Principis legitimatione, legi-  
timate, ratione status legitimationis suæ, injuriā infec-  
runt. Hujus ratio optima potest reddi.

38. Violans enim securitatem, sive salvum condu-  
ctum à Principe concessum, in crimen læsæ majestatis  
incident l. i. §. 1. securitatem ejus ff. ad L. Jul. Majest. Böer.  
Decis. 179. n. 1. Geil. lib. 1. obs. 1. num. 8. & alij ab his adducti.  
Ex quibus patet cum, qui contra legitimationis privile-  
giū à Principe indulatum, bastardum sive spuriū,  
quempiam appellat, injuriarum non solum teneri, sed &  
pœnam legitimationis instrumento insertam incurrere.

39. Secus autem est, si ille qui legitimatum ba-  
stardi nomine appellavit, ignoraverit, legitimationis  
privilegio eum esse donatum. Decius d. conf. 102. num. 6. &  
seqq. Qui enim ex ignorantia contra privilegium alicui  
tributum peccat, pœnam non meretur, per l. 3. I. non-  
tantum, versic. sed enim additum est ff. de incend. ruin. nau-  
frag.

*frag. Potest tamen dici, tu fuisti spurius: per Natt. Cons.*  
*624. post num. 25.*

40. Objiciens etiam alicui crimen, quod per torturam purgavit, injuriarum actione pulsari potest. *Gilbauen in comment. de injur. & famos. libell. §. 5. n. 133.*

41. Non minus etiam injuriarum tenetur, qui mala ac diras alicui imprecatur, veluti furca ut suspenderatur, rotæ imponatur, peste corripiatur, *per l. item apud 15. §. sed quod adjicitur ff. b. t. ejus enim legis & §. mens est, quicquid contra bonos mores, ad infamiam, vel etiam alicujus invidiam profertur, ad verbalem omnino spectare injuriam. Et licet fama ejus & existimatio, per ejusmodi verba, non valde lèdatur vel minuatur, certò attamen certius est, modò ad illius invidiam prolatasint, meritò injuriarum ei actio danda est. Dambaud. in prax. rer. crim. c. 136. n. 15.*

42. Qui etiam alteri inopiam seu paupertatem falsò objicit, eovè nomine ipsum diffamavit, injuriarum actione conveniri optimè potest. Diffamare enim aliquem de paupertate, qui est dives, non minima est injuria, quia ostendit rei suæ familiaris vilitatem, quod durum est. *Schneid. inst. b. §. Masicard. de probat. conclus. 155. vol. 3. & eum novissime sequutus Pater meus dilectiss. cent. 1. quest. 39. ubi de paupertatis incommodis, ut & quest. 37. de ejusdem privilegijs, plura congeßit. l. i. in princ. & d. l. item apud. 15. §. generaliter ff. b. t.*

43. Elegans hîc & illa ventilatur quæstio: An in iudicio criminis aliquem accusans, & non probans, actionem injuriarum effugiat, si doceat & affirmet, à viris fide dignis, se audivisse, vel ex communi famâ percipisse, (vnd also seinen Wehrman habe) quod accusatus

B 3

crimen.

Crimen istud designaverit. Ut autem quæstionis hujus decisionem breviter subjiciamus, omnino affirmandum videtur, talem diffamatorem, detractorem, & susurronem, exceptione hæc, quod ab alijs fide dignis personis tale quid audiverit, minimè excusari. Idq; probari videtur arg. eorum, quæ notat salic. in l. unica n. 5. § 6. C. de famos. libell. ubi inquit, qui pandit & propalat famosum libellum, puniri, etiamsi auctorem demonstrare possit, Schneid. §. i. n. 5. Inst. b. t. hanc Saliceti doctrinam jubet diligenter notari, contra conventum actione injuria- rum, pro qualibet verbali injuria, quia non juvetur, etiamsi dicat, se ex alio audivisse, hoc enim casu inquit, Wehrman haben hilfft nit / Nemo ideoq; ad alterius accusationem profilire debet, nisi crimen intentatum & obiectū, legitimè probare possit. l. 4. C. de edend. & l. fin. C. de probat. Quod si nō faciat, dolus & injuriandi animus adversus ipsum præsumitur. Menoch. de arbitr. judie. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 321. n. 20. juncto num. 33. Confer omnino hue & ea quæ prolixè tradit Pater meus Chariß. cent. 2. class. 3. quest. 7. Cum autem calumnia tam̄ pestilens & detestabile sit vitium, caveant cordati homines, ne tam̄ facile calumnijs fidem habeant, memores aureæ Menandri sententientiæ

Quisquis est, qui calumnijs statim fidem habet.

Aut moribus improbis præditus est.

Aut ingenium habet prorsus puerile.

Decet enim sapientem, calumnias neq; alijs narrare, ne quæ audiendo suscipere & admittere.

44. Similiter dicens alicui tædet me, quod condemnatus fueris de falso vel alio delicto: tametsi præmittat tædet me, tamen injuriarum tenetur actione,  
& non

& non debet evadere impunitus, sed puniri mitius tam  
en: quia præsumitur id injuriandi animo dicere, clar.  
lib. 5. sent. 5. *injuria*. Et tantum etiam h[ic] de *injuria* verba-  
li simplici, quæ lingua seu dicto sit, sequitur nunc *injuria*  
quæ sit scripto.

45. Scripto *injuria* committitur (*Schriftliche*  
*Unrechtige/ Peinliche Schmehung*/ quæ major est, quam  
simplex *injuria*, ideoq[ue] non privata tantum multâ, sed  
pœnis publicis digna) cum quis librum, Carmen, aut hi-  
storiæ in alium scribit, componit vel edit. *§. injuria*,  
*inst. b. t. & ibi Schneid. n. 1. l. 5. §. fin. l. 15. §. si quis libello*  
*29. ff. b. t. l. unic. C. de famos. libell. Anton. Gomez. var. resol.*  
*tom. 3. c. 6. n. 1. Idq[ue] sine infamia notâ, vel cum infamia.*  
*VVesenb. in not. ad Schneid. §. injuria lit. B. inst. b. t.*

46. Sine infamia notâ, faltem contumeliæ cau-  
sa fit, quando quis luscus, claudus, aliove contumelioso  
nomine ludibrii causa, in scriptis appellatur. *VVesenb.*  
*in dict. locis.*

47. Cum infamia, quando alicui notabile ali-  
quod delictum objicitur: Et tunc speciale sortitur no-  
men, & Famosus Libellus nominatur. *VVesenb. in alleg.*  
*loc. d. l. 15. si quis libello 29. ff. b. t. d. l. unic. C. de famos. Li-*  
*bell. Johan. de Platea inst. b. n. 11. Schneid. ibid. §. injuria*,  
*n. 1. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 6. n. 1. Clar. lib. 1. sent. §. in-*  
*juria num. 1.*

48. Famosus autem libellus est, qui alicuius fa-  
mam fugillat, honoremq[ue] vellicet maledictis: Liber ad  
infamiam pertinens. *Paul. l. 5. sent. tit. 4. in fine de his ag-*  
*git, & de pœna. Pro graviori etiam delicto, quam sit in-*  
*juria, famosus libellus, utpote ex multis criminibus*  
*conflatus habetur, majoriq[ue] pœnâ dignus est. l. 5. §. pen. ubi*  
*hoc*

hoc nomine damnatus fit intestabilis l. unic. C. de injur.  
ubi salic. & Dd. VVesenb. conf. 22. num. 4. Quando etiam  
quis fecit , aut dictavit contra alium libellum famosum,  
in quo injuriosa verba & infamatoria sibi proposuit, is  
mortis pœnâ hodie punitur : textus est in l. si quis libellum  
l. alias si quis librum l. 5. §. 9. ff. cod. Gomez. var. resol. tom.  
3. c. 6. n. i. de injur. Maledica enim lingua & famosus li-  
bellus quovis ferro nocentior, & aspide quavis formido-  
losior. Damhaid. prax. crim. c. 138. n. 4.

49. Unum tamen est , quod ad hoc , ut talis de-  
linquens pœnâ mortis puniatur , requiritur , quod in li-  
bello tali infamatorio speciale contineatur delictum ,  
per quod infamatus mortis pœnam incurreret , sive di-  
cat verum , sive falsum , alias solum tenetur judicis arbit-  
rio. Gomez. var. resol. modò dicto loco & comm. Dd. VVesenb.  
d. conf. 22. n. 4.

50. Quasi scripto injuria fit , per picturam , hoc  
est , quando literis quidem nihil exprimitur : sed tamen  
eiusmodi quid in contumeliam alterius pingitur , ex  
quo mens & animus injuriandi non obscure cognoscitur : puta cùm quis malitiose pingitur claudus , cœcus ,  
ad furcam , scissis vestimentis , vel habitu infami , & tur-  
pi , sub persona alterius ambulans . Paul. Grafeccius in  
disp. de injurijs & famos. libell. th. 156. Pictura enim scri-  
pturæ comparatur . Petrus Theodor. in colleg. crim. disp. 2.  
th. 16. lit. I.

51. Utriusq; tam libelli Famosi , quam picturæ fa-  
mosæ spectatur non tantum ille qui composuit , scripsit ,  
aut pinxit , sed etiam qui inventum vendidit , distraxit ,  
aut vendi , distrahi per alium curavit d. l. Lex Cornelia ,  
§. §. 9. & l. 15. §. 27. ff. b. t. Novissime enim Justinianus  
Imper.

Imper: constituit, ut is qui famosum libellum, vel domi,  
vel in publico, vel quocunq; in loco ignarus reperit &  
legit; eum aut corrumpere debeat, priusquam alter in-  
veniat, aut nulli inventum confiteri: sub eâ poena, ut  
nisi id fecerit, & non Vulcano statim tradiderit; sed do-  
losè manifestaverit, ut autor capitali sententia damne-  
tur. *l. unic. C. de famos. libell.* Et de Jure etiam Pontificio,  
flagellis cæditur & excommunicatur. Et si quis invenit,  
nec rupit, ut autor judicatur. *c. 1. caus. 5. quest. 1.* Et qui  
famosos libellos in Ecclesia ponit; anathematizatur. *c.*  
*si quis caus. 5. quest. 1.*

52. Colligimus exinde, horum injuriandi mo-  
dorum non unam eandemq; esse rationem: sed unum  
alio graviorem esse & atrociorem, alium leviorem.  
Unde à J Ctis omnis injuria in atrocem & levem dividi-  
tur. *§. atrox 9. Inst. b. t. l. 7. §. fin. cum duab. seqq. l. 7. §. 3.*  
*ff. eod. & l. 4. C. eod. VVesenb. cons. 22. n. 4.* Atrocem inju-  
riam, contumeliosiorem & majorem accipimus juxta  
Ulpian. hoc est, eam, ex qua majorem contumeliam &  
dolorem injuriatus percepit *d. l. 7. §. 7. ff. b. t.* Aristote-  
les eam atrocem injuriam vocat, quæ ad truculentiam  
& beluarum feritatem magis, quam ad humanitatem  
spectat: Et etiam quando illi qui audiunt injurias, ma-  
gis metuunt, quam miserentur. *Arist. 1. Rhetor. cap. 36.*  
Quintilianus ait, atrocitatem crescere ex his, quid fa-  
ctum sit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore,  
quomodo. *Quintil. lib. 6. instit. orator. c. 1.*

53. J Ctis autem has circumstantias connectentes,  
ex ratione facti, personæ, loci, & temporis, atroces sive  
enormes injurias aestimant: Pro ratione & qualitate ni-  
mirum facti, *arg. §. 9. inst. b. l. 7. §. ult. l. 5. §. 1. l. 8. ff. b. t.*

C

*l. un.*

*l. un. C. de famos. libell. l. 27. §. 17. ff. ad L. Aquil. personæ,  
arg. d. §. 9. & d. l. 7. §. ult. l. 4. C. b. l. 10. C. de Episcop.  
& Cler. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest. Paul. lib. 5. sentent. tis.  
4. §. atrox. loci, d. §. atrox. 9. d. l. 7. §. ult. l. 9. §. 1. ff. b.  
& temporis, d. l. 7. §. ult. Paul. d. loco. Johan de Platea inst.  
b. t. n. 36.*

54. Unde in jure, omnis injuria Magistratui fa-  
cta atrox putatur; ita ut etiam officiali alapam infligeris,  
officij intuitu, mortis poenâ affici possit. *d. §. atrox. & ibi  
Dd. Inst. de injur. l. Prator edixit. §. fin. eod. Bart. in l. non  
solum. §. mandato ff. eod. Menoch. 2. arbitrar. cas. 363. num. 5.  
Bald. in c. 1. §. injuria in pr. de pac. juram. firmand. Jason. in  
l. qui jurisdictioni n. 3. ff. de jurisdict. Ruin. Cons. 81. num. 6.  
lib. 4. Tiraq. de Nobilit. c. 38. n. 4. 5. & tract. cessante caus.  
limit. 15. n. 9. Theodor. Reinkind Tract. de Regim. Secul. &  
Ecclesiast. lib. 1. claf. 11. c. 3. n. 23. & seq. Quam injuriam  
ipsem etiam magistratus vindicare potest: nec tan-  
quam index, in propria causa jus dixisse censebitur, sed  
tanquam juris executor. Neque ut suspectus recusabi-  
tur, si delictum sit notorium: quod tamen non vult pro-  
cedere Farinac. quest. 17. n. 45.*

55. Qui alium ignominiosé judæum appellat,  
injuriarum actione tenetur, & atrox dicitur injuria, quia  
nihil aliud intendit, quam declarare, illum descendere,  
ex pravâ, perversâ, adulterâ, incredulâ, & infideli gene-  
ratione. *Matth. Steph. Cent. 4. quest. illustr. 22. lit. B. in fin.  
Hænon. disþ. juridic. 10. tb. 28.*

56. Qui etiam vult divinare contra licitum, me  
fecisse furtum, vel quid simile, quod non feci, atrocem  
committit injuriarum; & quod plus est, capitali poenâ  
punitur. *l. item apud 15. §. 13. ff. eod. l. nemo. 5. C. de malefic.*

*& Ma-*

leſit. & Mathemat. Bonifac. de Vitalin, de injur. na-  
mer. 18.

57. Major etiam, & gravior est injuria, quæ vi-  
ventifit, quam quæ committitur in defunctum, ut ele-  
ganter Cravet. conf. 205. n. 26.

58. Si multi injuriam faciunt, quæ exinde gra-  
vior dicitur, singuli tenentur; tot enim sunt injuriæ,  
quot sunt personæ. Boër. Decis. 173. n. 10. Plaſa in Epit. de-  
lict. lib. 1. c. 6. n. 3. l. si plures 24. ff. b. l. si familia. 9. ff. de-  
jurisdict. omn. jud. VVefenb. in parat. ff. b. n. 5. Quæ autem  
de jure Saxonico atroces sint injuriæ. vid. Coler. decis. 161.  
n. 37. & 40.

59. Uſus hujus injuriarum distinctionis, præci-  
pue est duplex: Unus ut intelligatur, quæ injuria, &  
quando sit vindicanda: Nam atrox injuria semper vin-  
dicatur, etiam in servo, levis in servo non. §. ſervis au-  
tem 3. inst. b. l. 15. §. 34. ff. eod. Paul. Graſeſſius. in diſp. de  
injur. & famos. libell. th. 177.

60. Sic filius injuriam à patre acceptam, atro-  
cem quidem, hâc actione persequi potest contra patrem,  
levem non potest, idemq; est in liberto contra Patro-  
num. l. 7. §. præterea. 2. ff. b. Sed hoc de filio Emancipato  
intelligendum est. Nam filius fam: in potestate conſti-  
tutus, etiam de atroci contra patrem agere non potest.  
d. l. 7. 5. præterea & seq. ff. eod. l. jus. §. ult. ff. de in jus voc.  
Paul. Graſeſſius in d. diſp. de injur. & famos. libell. theſ. 178.  
& seq.

61. Alter uſus est, ut cognoscatur, quomodo &  
quâ poenâ quæq; injuria fit vindicanda: Levis enim levis,  
gravis vero gravius: Et atroces ipſe invicem quô aliae

alijs atrociores sunt, tantò gravius vindicandæ erunt.  
Paul. Graeccius in d. dissp. tb. 180.

62. Pati possunt injuriam tam absentes quam præsentes, quia per literas, vel Epistolam. l. 15. §. convicium 7. ff. b. l. Prætor ait 4. §. hoc outem Edicto 4. ff. vi bonor. rapt. VVesenb. conf. 22. n. 7. Idq; vel immediate, vel mediate. §. patitur 2. inst. b. l. 1. §. 3. ff. eod. Angel. & Schneidevvin. in d. §. patitur 2. inst. eod, VVesenb. in parat. ff. t. numer. 6.

63. Immediate injuria infertur, in alicujus propriam personam, veluti cum patrifam. vel domino, directo fit d. §. patitur & d. l. 1. §. 1. ff. eod. VVesenb. & Sehneid. Dd. loc. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 6. n. 5. Sic & mihi injuria fit cum quis injurians me, putat me esse Titium, cum sim Caius: prævalet enim quod principale est, injuriam eum mihi facere voluisse: nam certus ego sum, licet ille putarit, me alium esse, quam sum l. eum, qui 18. §. si injuria 3. ff. b. In delictis enim sufficit dolus in genere, licet erratum sit in corpore. Bald. in l. si quis non dicam. colum. pen. C. de Episc. & Cler.

64. Mediate verò; quando in consequentiam alicui infertur, per alias personas: d. §. patitur. & d. l. 1. §. 3. b. t. Idq; vel ratione potestatis, vel affectus, quam quemvè quis in personam habet injuriatam: sèpè d. §. patitur & d. l. 1. §. 3. Et ratione potestatis quidem, aut patriæ, aut dominicæ:

65. Ratione patriæ potestatis, injuriam quis patitur per liberos suos. d. §. patitur. d. l. 1. §. 3. l. lex Cornelia 5. in princ. ff. b. nec refert, filius sit, an nepos, aut pronepos, modò in patris, avi aut proavi reperiatur potestate. l. sed si, unius. 17. §. 18. & duob. seqq. ff. eod. Usq; adeò autem

autem injuria libris nostris facta ad nos pertinet, ut licet  
ipsis volentibus fiat, nobis tamen actio, non quidem il-  
lorum, l. i. §. usq; adeò s. ff. b. l. nemo videtur 145. ff. de R. J.  
sed nostro nomine competit. d. l. i. §. usq; adeò s. l. si quis  
servum. 26. ff. eod. Et hoc procedit, sive quis sciverit, sive  
ignoraverit, filium meum esse. l. servo 30. §. i. l. i. §. 8. ff.  
eod. l. 2. C. eod. Non autem si illum Patrem fam. esse  
crediderit, tunc enim non potest videri mihi injuriam  
fecisse. l. eum qui 18. §. at cum aliqui 4. ff. b. Schneid. in d.  
§. patitur n. 6.

66. An autem pater injuriam filio factam, eo in-  
vito, in præjudicium ipsius, remittere possit, quæstio-  
nis est? Et licet eum hoc posse facere, modò non sit  
vilis aut abjecta persona, filius verò honesta, affirman-  
dum censeo d. l. sed si unius. 17. §. filios fam. ii. & ibi Bart.  
cum §. seq. ff. b. Schneid. in d. §. patitur Inst. b. n. 8. Gomez.  
var. resol. tom. §. c. 6. n. 6. vers. item etiam.

67. Dominicæ potestatis respectu patitur injuriam  
Dominii, per servum, si servo ejus contumelia  
facta sit: sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit,  
& quod aperte Domini contumeliam respiciat. §. servis  
autem inst. b. l. i. §. 3. ff. eod. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 6. n.  
§. l. interdum 45. ff. eod.

68. Affectus ratione, injuriā patitur maritus per uxori-  
rem: §. patitur 2. Inst. b. & ibi Schneid. n. 9. l. i. §. 3. ff. eod.  
Bald. in l. i. C. de in jus voc. Gomez. d. loco. VVesenbec. in pa-  
rat. b. n. 6. Clar. lib. 5. sentent. §. injuria n. 3. socer qui nu-  
rum: sapè d. §. patitur in fin. d. l. i. §. 3. ff. eod. VVesenb. &  
Gomez. dd. loc. Heres perfunus aut cadaver defuncti. l. i. §.  
4. & 6. l. sistatua 27. ff. eod. Gomez. alleg. loc. & ibi VVesenb.  
num. 12.

69. Quod de uxore diximus, id etiam in sponsa locum habet: spectat enim ad contumeliam sponsi, quæcunq; ejus sponsæ fiat. l. 15. §. sponsum 24. ff. b. VVensem. in parat. b. t. n. 12. Platea in §. patitur. inst. eod. n. 21. Angel. in eod. §. n. 3. & Schneid. n. 10.

70. Inuria autem mulieri facta quam injurians putat esse viduam, marito facta non censetur. l. eum qui 18. §. 4. ff. b. Angel. numer. 2. Schneid. num. II. in d. §. patitur.

71. Quid si marito injuria fiat? Vxor agere non potest: tūm quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus, æquum est. l. 2. ff. b. Faber. Inst. b. t. d. §. patitur. n. 4. Schneid. in eod. §. n. 14. tūm, quod uxor in mariti: non contrā maritus in uxoris familiâ & tutelâ sit. l. 21. C. de procer. l. 195. in fin. de V. S. Tiraq. d. ll. connub. l. 1. gl. 1. n. 31. & gl. 2. n. 65. Dambaud. in prax. rer. crim. c. 80. n. 28. per l. 13. §. 6. vers. quod & in concubin. de adult. Petr. Theodor. in colleg. Crim. Disp. 2. th. 18.

72. Porrò cum injuria ex animo pendeat, & teste Paulo, ex affectu uniuscujusq; patientis & facientis injuria æstimetur. lib. 5. sentent. tom. 4. in princ. & l. 3. §. 1. & l. pen. ff. b. l. si convicij C. eod. Si quis per jocum aliquem percutiat, dum certat, injuriarum non tenetur. sèpè d. l. 3. §. pen. l. 15. §. meminisse 23. ff. eod. l. 5. C. eod. l. 3. in fin. ff. de oblig. & action.

73. Habenda autem omnino est ratio personæ, quæ injuriosis per se verbis usa est: veluti si persona propinqua, si ætate senili, si imperium aliquod habens. gl. in l. C. si non eod. 5. & Geil. 2. observ. 106.

74. Demonstratur & præsumitur injuriandi animus, verbo, vel facto. Siquidem vulgo dici solet, tam.

Iem præsumi quem, qualem demonstrant verba facta  
l. quod Labeo ff. de supell. leg. Boer. conf. 4. n. 2. Geil. 2. obs.  
106. n. 7. & seqq. Farin. q. crim. 105. n. 113. & seqq. Si enim  
verba injuriam inferentia sunt clara, animus præsumitur  
conformis verbis. Et talia sunt subjecta, qualia prædi-  
cata demonstrant l. si servus plurium §. fin. ff. de legat. 1.  
Voluntatem etiam & propositum maleficia distinguere,  
constat. c. cum voluntate de sent. excomm. l. qui injuriam in  
princ. ff. de furt. Ideoq; injuriarum actione teneri eum,  
qui manu, cultello, baculo, minatus fuerit cuiquam;  
tametsi non percutserit: patet ex Ang. Bart. in l. apud La-  
beon. §. si quis plures, ff. de injur. Angel. Aretin. in malefici-  
tract. in verbo, admenavit, in princ. Boer. Conf. 4. num. 16.  
quos omnino vide. Contrarium autem debet probari ab  
asserente: Actor enim afferens aliquid, probare debet:  
Quia justum est, ut is fidem faciat, dicti vel facti sui, qui  
intendit esse verum ab adversario negatum, Inst. de legat.  
2. non solum. 4. in fin. Boer. d. conf. 4. n. 3. Domin. Cardinal.  
Tusch. Tom. 4. conclus. practic. jur. Lit. I. conclus. 16. num. 4.  
quam conclusionem hic omnino totam vide.

75. Licet etiam consistentia in animo regulariter  
non, nisi per juramentum probari dicantur: l. 6. §. 4. de  
bis qui not. inf. l. 18. C. ex quib. caus. inf. irreg. c. fin. ex. de ju-  
jerur. Geil. 2. obs. 48. n. 23. & obs. 105. n. 7. Interim tamen  
negandum non est, id etiam aliter fieri posse. Siquidem  
non solum verbis, sed etiam ipso facto, alicujus ani-  
mus non mirus ac juramento declarari potest. l. 5. rem. rat.  
bab. l. 20. de acquir. hered. VVesenb. d. conf. 4. n. 66. Nec obstat  
præsumptio juris ex verbis injuriosis contra proferen-  
tem. Ea enim contrario facto facile elidi potest. E. g.  
Si conventus petitione hereditatis, agenti spolium in-  
judi-

judicio obijcit, eo fine, ne, antequam restituatur, respondere cogatur: Hic conventus, si denuo ob objec-  
tum spolium, actione injuriarum conveniatur, sanè optimo jure de non injuriandi, sed conservandi juris sui animo, excipere potest: nec jaramento eum ostendere opus habet; cùm satis ipso facto (dum in judicio exceptivè spolium, quod jam probare intendit, opposuerit) animus declaratur. l. 18. b. l. 5. & Dd. C. eod. Covarr. 1. var. resol. c. 11. n. 6. & c.

76. Magistratus autem quæ jure potestatis facit, etiamsi ad contumeliam alicujus spectent, injuriam facere non est censendus. l. injuriarum 13. §. quæ jure 6. ff. b. t. Geil. obs. 110. n. 39. Hœnon. disput. jurid. 18. tb. 25. Tuentur & hanc sententiam plurimi ab eo allegati, quos ipse Hœnon: sequitur: Judex enim, si aliquem, fortassis innocentem in carcerem conjecterit, actione hac non tenetur. Nec obstat l. 32. ff. b. t. Respond. JCtum ibi loqui de Magistratu, quem animum injuriandi habuisse probari possit. Farin. tit. de carcerib. & carcerat. quest. 257. n. 137. Gomez. tom 3. var. resol de injur. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 263. num. 3. cent. 3. lib. 2. Clar. §. injuria vers. sed quero. Fachin. lib. 9. c. 57. Diff. Roland. consl. 17. n. 1. lib. 3. & 18. n. 5. & 65. n. 6. eod. lib. Officium enim publicum bonæ fidei præsumptionem inducit; ut dicit Andr. Sicul. & Gomez. de Actionib. §. ex maleficijs. per text. in l. 2. ibi: quod non arbitramur. de offic. civil. judic.

77. Privatus etiam, qui jure publico utitur, non videtur injuriæ faciendæ causa quid facere, d. l. 13. §. 1. ff. b. l. 3. §. is tamen, ff. de lib. hom. exhib. l. factum cuig. 155. §. 1. ff. de R. J. Geil. obs. 1001. num. 6. Fachin. numer. 6. controv. cap. 13.

Idem

Idemque juris de eo est, cum quis officij ratione ob correctionem, aut emendationem, publicè vel privatim quid dixerit, aut fecerit: ratione scilicet officij, si magistratus contra aliquem, aut quis jubente Prætore, quid faciat. arg. l. 167. §. qui jussu, & l. 199. de R. J. Ob correctionem, ut sunt parentes, domini, propinqui, præceptores, amici, arg. l. un. de emend. serv. l. un. C. de emendat. propinq. Farinac. quest. 105. nu. 131. & seqq. VVes. in parat. b. n. 9.

79. De Ebrio dubitatur. An is injuriā facere dici possit? & quidem in atrocioribus sive realibus cum teneri, mitigatā tamen, pro qualitate circumstantiarum, pœnā: in levioribus verò, ut in injuria verbali si discussa vinolentiā, sobrium pœnitēat, omnino excusari putamus. Absentem enim lādere videtur, qui cum ebrio litigat. Matth. Steph. Cent. 4. Inst. quest. 20. Satic. in l. 1. C. de fiscar. Bart. & Dd. in l. respiciendum §. delinquitur. ff. de pœnis Soar. in Thesaur. rec. sent. sub. lit. E. n. 1. Clar. in pract. crim. lib. 3. §. fin. quest. 60. n. 4. l. 27. §. si fornicarius ff. ad L. Aquil. l. Grachus C. ad l. jul. de adult. & ibi Dd. Angel. in pract. crim. in verb. scienter. n. 12. Geil. obs. pract. lib. 2. obs. 110. n. 24. cum seqq. usq. ad num. 30. VVesenb. in parat. ad b. t. n. 4. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 1. n. 73. Circa ebrios enim quatenus tamen in eis mens officium suum plane non facit: Id quod ex eo elucescit, si sobrij pœnitentiā ducantur: Alias enim si illud facinus perpetrasse glorientur veniā indignissimi forent. Menoch. arbitr. jud. quest. caus. 326. n. 10.) communis arridet distinctio, inter ebrietatem, & ebriositatem, excusationem illa meretur per l. 6. §. 7. de remilit. c. sanè. c. inebriarunt 15. q. 1. quia, injuriandi animus ibi abest, cum furiosis & mortuis æ-

D

quipa-

quiparentur ebrijs c. neuter. 25. d. c. sanè 15. quest. r. Hæc  
verò non excusat, sed delictum potius aggravat l. 11. §. 3.  
ff. de pœn. Ebriosus enim, & qui ex perversa quadam  
consuetudine, consultò inebriatur, operam dat rei illi-  
citæ, adeoq; per intentionem peccat. Geil. d. lib. 2. obs. 110.  
n. 22. & seqq. Aristot. lib. 3. Ethic. c. 1. Debet itaq; puniri:  
non autem poenâ ordinariâ, sed mitiori: quia Ebrietas  
tollit dolum in delicto, licet non culpam: unde non ex-  
cusat in totum, sed minuit illam, ita probat text. in d. l.  
respiciendum §. delinquitur ff. de pœnis.

80. Ita & cum, qui per iracundiam, injuriosum  
quid dixerit, vel fecerit, si modò post sedato animo pœ-  
niteat, injuriam facere non existimamus, l. quicquid ca-  
lore 48. ff. de R. J. Angel. in pract. crim. ad verb. injuriosa  
n. 10. soar, in Thesaur. recept. sentent. lit. E. n. 183. Clar. in  
pract. crim. §. fin. quest. 60. n. 9. & eod. lib. 5. sent. §. injuryia  
n. 16. Geil. lib. 2. obs. 106. n. 8. & obs. 110. n. 35. cum duob. seqq.  
Vvesenb. in parat. hic n. 4. Irâ enim nihil furor, nihil in-  
saniae affine magis est; Et à furioso solo tempore differt  
iratus, inquit Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 8. & Dd. comm. per.  
d. l. quicquid 48. de R. J. Matth. Steph. cent. 4. d. quest. 20.  
Et de potestate suâ exijisse dicitur is, qui effrenatus duci-  
tur iracudia. Cic. 3. Tusc. qq. 1. Hos quoq;, si non penitus,  
aliquam tamen excusationem mereri puto, per l. 38. §. 8.  
de adult. l. 4. C. eod. Hippol. de Marsel. sing. 455. latissimè Ti-  
raq: de pœn. c. 1. Placa in Epit. delict. l. 1. c. 2. n. 19. Menoch.  
conf. 403. n. 10. Hic autem requiri justam perturbatio-  
nis causam, & subitum concitati & ingravescenti animi  
ictum, vult Vasq. 1. illustr. controv. c. 18. n. 29. Verum,  
cum utrobiq;, sive justa, sive injusta fuerit causa, non  
dolus, sed culpa versetur, & quoad poenam ordinariam  
impo-

imponendam , detur excusatio : mitius in uno , quam in  
altero casu animadvertendum erit. Harpr. in tract. crim.  
ad §. n. n. 21. b. t.

81. Retorsionum etiam materiam ( quam non-nulli Retorcionem , non satis Latine ; nominant . vid. Johan. Bertachin. in Repertor. 4. part. verb. Retorquatio ) quæ depravato hoc nostro , exulceratoꝝ seculo , ob injuriatorum , conviciatorum , & diffamatorum multitudinem ac importunitatem , valde usitata est , & quotidiana , aggrediemur , & examinabimus .

82. Principalis autem retorsionis legitimè interpositis Effectus hic est : Ut injuriarum elidat actionem , quia succedit in locum injuriarum actionis ; ita ut ab illa ad hanc non detur regressus : Ratio est . Quia injuria per retorsionem jam satis vindicata est : cum criminis objecti suspicio sit purgata ; & vicissim injuriantis opinio apud honestos viros per mendacijs objectionem gravata maneat , donec de objecti criminis veritatem fidem fecerit : Frustra etiam judicium is postulat , inciviliterꝝ apud judicem conqueritur , qui ipse sibi judex , & ulti exstitit . Bart. conf. 5. n. 12. tom. 1. consil. erimin. Boër. claf. 3, diss. 4. tb. 48.

83. Duo enim sunt injustitiæ genera : Vnum eorum qui inferunt ; horum alterum , qui ab his , quibus infertur , si possunt , non propulsant injuriam , ut Cie. scribit lib. 1. offic. Ideoꝝ nemini denegari debet , sed regulariter adversus omnes , qui intulerunt injuriam , tam adversus egregias , & in dignitate constitutas , quam adversus humiles fieri , atq; interponi potest . arg. l. fin. C. b. t. Quod jure etiam Canonico comprobatur in c. inferenda 23. quest. 4. ubi dicitur : Qui non repellit à socio injuriam , si potest , tam est in vitio , quam ille qui facit ,

84. Poterit itaq; impunè ille, cui crimen vel convicium aliquod falsum objicitur, in continentis convictionem in injuriantem, ( si sui tantum honoris defendendi causa id faciat) retorquere, & dicere. Tu mentiris.  
I. illud 3. §. 1. ff. b. t. l. divus 14. ff. ad l. Cornel. de siccari. Bart. in l. que omnia §. 1. ff. de procurat. Angel. in pract. crim. ad verba, verba injuriosa n. 9. Ias. in l. fin. n. 3. ff. quid quisq; jur. Schneid. in §. injuria n. 9. inst. b. VVesenb. in parat. ff. ad b. t. n. 8. Geil. obs. pract. lib. 1. obs. 100. num. 1. cum seqq. Myns. obs. cent. 5. obs. 17. Hænon. disp. 18. th. 4. Eberb. Speckb. pater meus dilectiſ. cent. 3. class. 3. quest. 23. quem omnino hic vide.

85. Quæ retorsio omnino & indistincte licita est & permissa: tūm, quod sit crudelis, qui famam, rem inestimabilem, oculorum amissionem graviorem, omnīq; commodo pecuniario, imo, ipsi vitæ præferendam, negligit: tūm, quod difficillimum etiam sit, justum dolorem, qui ex illata injuria obvenit, temperare. tūm, quod ignoscendum sit ei, qui se voluit ulcisci provocatus: tūm, quod inconsultus, ob iniuriam calumniosam, calor, vicio careat: tūm, quod non mereatur honorem, qui honorem non exhibuit: tūm, quod dicens quod vult, audiatur non immerito, quod non vult: tūm deuiq;, quod quis alteri fecerit, id ipsum ab eodem sit expectandum: Pater meus eternū colendus d. cent. 3. class. 3. quest. 23. per jura & authoritates ab eo ibi adductas.

86. Ideo autem falsum dico crimen: quia si verum nobis objicienti crimen respondeamus, Tu mentiris injuriarum actioni nos ei teneri, Dd. pleriq; tradidere Boër. conf. 4. n. 28. Sed controversum est: An & quando dolus dolo compensetur in Malesicijs? Vide Ludovic. Carer.

*Cærer. in pract. crim. §. homicidium b. n. 104. & seq. ubi plenissimè concordantes allegat, & post eos declarat, mutuâ compensatione tolli, quando respicit interesse partis: secus quò ad fiscum, quia in delictis non datur compensatio in fraudem & præjudicium fisci, sed pœna tenet suos authores, & unusquisq; juxta suum punitur delictum: Jacobi de S. Georg. autem in l. illud eleganter in 2. lectu. ff. quod quisq; jur. col. 1. respondendo ad argumentum, quod paria delicta mutuâ compensatione tolluntur, dicit, hoc debere intelligi, quando delictum circa idem versetur; secus, si circa diversa, quæ omnia bene omnino notanda.*

87. In continenti, uti dixi, regerenda est injuria. Sicuti enim realem injuriam ex intervallo ulcisci armis nemo potest; ita neq; verbalem cuiquam licebit ex intervallo referre. tūm, quòd realis, & verbalis injuria, quòd ad propulsionem, æqualiter determinantur, & pari jure censeantur: tūm, quòd honoris tuitio, non in continenti, sed per aliquod temporis intervallum facta non tam tuitio, quam ultio esse videatur. *Bocer. disp. 1. th. 34. ubi pro assertionis hujus confirmatione multas alias auctoritates & rationes addiscit.*

88. Quid autem de eo sentiendum est, qui extra dictum casum, aliquem mentiri dicit, sed cum venia, & salvo ejus honore? Nihilominus injuriam eum facere, communis Dd. schola tradit c. cum M. Ferrar. extr. de constitut. gl. in verb. sine præjudicio c. solitudinem, & ibi gl. in verb. fin extr. de appellat. c. olim causam & ibidem gl. in verb. protestatus de censibus. Dd. in l. si non convicij s. C. b. t. Bart. in l. item apud Labeon. 15. §. Prætor ait. n. 3. ff. eod. & in l. si quis extraneus in princ. n. 3. & seq. ff. de acquir. hered. Pa-

norm. c. cum te nu. 35. de re judic. Felin. in c. qua in Ecclesiarum n. 86. de constit. & in d. c. delicti n. 10. de except. Covarruv. var. resol. lib. 1. c. 11. n. 1. Guido decis. 465. in fin. Socin. consil. 118. n. 1. in fin. lib. 1. Clar. lib. 5. sent. §. *injuria*, n. 13. Schneid. in d. §. *injuria* Inst. b. t. nu. 8. Geil. lib. 2. obs. 1. & 101. per tot. Matth. Steph. cent. 4. quæst. 22. Honoris enim præfatio non impedit injuriarum actionem, quia protestatio actui contraria nihil operatur. *vide etiam hic Harprecht. tract. crim. b. t. n. 78.*

89. Hic etiam illud breviter monendum, quod *injuria* relationem nemini retorquere liceat: sive, ut vulgo loquuntur, quod Retorcutionis non detur: *Bertachin. d. part. 4. verb. Retorquutio.* Jura enim nostra infinitatem non admittunt. *Bocer. d. disp. 1. tb. 36. per jura ab eo ibi adducta.*

90. Diligenter denique cavendum, in omni *injuria* relatione, ne modum retorquens excedat, h. e. ne crimen obijcenti aliquid diversum, quod falsum sit, exprobrete. Ne novam in se retorsionem pati teneatur, vel injuriarum etiam actionem sustinere cogatur. *Bocer. d. disp. 1. tb. 37. ubi cautio hæc juribus & auctoritatibus stabilitur.*

91. Hic etiam quæritur; An Procurator generalis mandatum habens, *injuriam* principalis suo irrogatam, retorsionis remedio diluere, absque speciali mandato possit necne? Et omnino non posse, comm. Dd. ferunt. Quia retorsio (quâ honos & fama, quæ vitæ comparatur, defenditur) res ardua est, & declarationem animi, atque conscientiam ejus, cui crimen fuit objectum, concernit: Quoniam per retorsionem, is innocentiam suam exponiit, sequentia convicij objecti suspicione, purgat per l. quæ omnia

*omnia 25. ff. de procurat. Harpereb. in tract. crim. b. t. Pater  
meus Charissimus cent. 3. class. 3. quest. 23. Quæcunq; enim  
ardua sunt, & à declaratione animi dependent, manda-  
tum speciale requirunt, nec per Procuratorem, cum  
generali mandato constitutum expediri possunt. Angel.  
in l. si buis intentione 66. ff. de judic. Alex. conf. 26. n. 13. lib. 3.  
Cravett. conf. 167. n. 21. Gilhaus. in comment. de injur. & fa-  
mos. libell. §. 9. n. ult. in fin.*

92. Retorsio autem hodie plerumq; ubi contrarium statuto loci non est sancitum, per schedam aut Libellum expediri solet: quem verbali injuriâ lœsus ritè confectum vel ipse injurianti tradit; vel per alios legitimè insinuandum mittit: In eo autem libello is, qui passus est injuriam commemorat, se à certa personâ, criminis alicujus falsò insimulatum, vel honestos, vel viros bonos diffamat, aliamvè verbalem injuriam sibi innocentì, per calumniam illatam esse: Itaq; honoris sui defendendi gratia aptè dicit, scribit, & profitetur. Quod conviciator iste Titius, injuriam hanc ei inferendo, mentitus fuerit. Et quidem exaggerandi mendacij causa, (ut aliqui arbitrantur) addi potest, quod Titius tanquam fur, tanquam prædo, tanquam latro, &c. Menti-  
tus fuerit. Et hæc non usu forensi tantum recepta sunt: verum juris etiam rationibus comprobari possunt; Quan-  
quam autem praxi & consuetudine receptum videtur, ut libellus retorsionis, in quo omissa est temporis & loci circumstantia, quo injuria facta, procedat, teste insigni pratico D. Halbrittero, in eximio tractatu de retorsionibus sub. c. de modo & forma retorsionis, circa princ. Tamen juris disciplinâ communis inspectâ, contrarium putarim esse verius. Retorsionem namq; succedere in locum injuria-

injuriarum actionis, in confessu est. Sed in libello actionis injuriarum, locum & tempus, quo injuria est irrogata, exprimendum esse, omnibus Dd. suffragijs approbata est opinio. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. n. 5. Geil. lib. 1. obs. 74. n. 1. Soaretz. in Thesaur. recept. sent. verb. injuriam n. 78. Cœterum de tota hâc retorsionis materia, ejusq; jure, modo, usu, & processu, videatur omnino Harprecht. in t. de injur. §. hæc actio 12, autem num. 78. usq; ad finem. ubi plene eleganter, & exacte, hæc exposuit & enucleavit.

93. A pœnâ injuriæ ille quoq; non excusatur, qui testibus in judicio productis, crimen aliquod, quod videlicet sint infames, perjurij &c. objicit, nec illud probat: Si autem probat, pœnam non incurrit. l. illud. 3. §. 1. l. injuriarum 13. §. 1. ff. b. t. L. si non convicij 5. C. eod. l. factum cuig. 155. §. 1. ff. de R. J. Jon. Faber. in §. injuria n. 3. §. 4. inst. b. t. Schneid. ibid. n. 15. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quest. 53. n. 4. Geil. obs. pract. lib. 2. obs. 99. in fin. Distinguunt hîc, Elias Roberus disp. 20. tb. 3. Coras. & Costal. ut si accusatus criminis capitalis, quod sanguinis pœnam præsertim ingerat in testes, contra se productos, istius modi graves injurias proferat; non ideo actione de injurijs conveniri possit: Quod scilicet ignoscendum sit illi, qui sanguinem suum qualiterusq; redemptum voluerit. l. 1. ff. de bon. eorum qui mort. sibi conf. Matth. Steph. cent. 4. quest. 23.

94. Secus est, si extra judicium quis veritatem per convictionem alicui objecerit: nam tunc ipsum minime excusari, modò Reip. illud scire non expedit, communiter Dd. tradunt. l. 2. vers. quid n. tam durum. C. quando § quib. quart. pars deb. lib. 10. l. 1. C. ad l. Corn. de scar. Bart.

Bart. in l. eum qui nocentem 18. b. t. Alex. in l. 3. in pr. nu. 6. ff.  
de lib. & postb. Faber. in d. I. injurian. 3. & 4. ibid. Angel.  
n. 2. Platea. n. 8. & Schneid. n. 14. Covarr. var. resol. lib.  
2. cap. u. n. 6. Scaretz. in thes. recept. sent. in lit. I. n. 85 &  
seq. Gomez. variar. resol. tom. 3. cap. 6. n. 2. Clar. lib. 5. sent.  
I. injuria. n. 15. Gail. obs. 1. lib. 2. obs. 99. per tot. Coler. de  
process. exec. part. 1. cap. 8. n. 78. & seq. Atq; hæc de inju-  
ria ipsa, sive maleficio: Nunc de actione quæ inde com-  
petit, ut videamus reliquum est.

95. Et quidem pro quacunq; illata injuria, vel  
civiliter, vel criminaliter agi potest §. in summa, & ibid.  
Angel. Schneid. inst. b. t. Clar. lib. 5. sent. I. injuria nu. 4.  
Gomez. variar. resol. tom. 3. cap. 6. n. 7. Geil. obs. pr. lib. 1.  
obs. 65.

96. Civiliter: Quando pars agit ad æstimatio-  
nem injuriæ, sibi q; poenam applicari petit. Wesenb. in  
paratit. ff. b. t. n. 14. Marant. de ord. judic. part. 4. num. 2.  
Schneid. Clar. Geil. & Gomez. in dd. loc.

97. Criminaliter: quando nihil parti applicari  
petitur, sed libellus ad poenam juris concludit, quo ca-  
su judicis arbitrio, ratione circumstantiarum, poena  
irrogatur; cum injuriæ poena sit arbitraria. Wesenb. d.  
n. 14. & 16. Schneid. Gomez. Clar. & Geil. dd. loc.

98. Dux autem proditæ sunt actiones: Una præ-  
toria, civilis altera. I. poena autem. vers. sed postea inst. b. t.  
l. lex Corn. 5. l. prætor. 7. ff. eod. Prætoria competit pro  
qualibet injuria verbali, sive reali. l. item apud. 15. I. ait  
Prætor. 2. ff. b. t. Schneid. in I. sed lex Inst. b. t. n. 2.

99. Ethæc cum sit Prætoria, annalis est. l. si non  
convicçj. 5. C. b. t. Sed quando pro injuria scriptâ exerce-  
tur quæ etiamnum exstat: Camera Imperialis diversum

E

servat:

servat: teste Geil. d. l. 2. obs. 104. Atq; hoc non de anno  
continuo, quoad initium, seu notitiam, sed utili intel-  
ligi volumus, in princ. Inst. de perp. Et temp. action. Et ibi  
gl. in verb. intra annum. l. 1. §. annus. ff. de vi Et vi arm.  
Faber. §. sed Et lex. n. 5. inst. b. t. Bart. §. 1. n. 2. in fin. inst.  
eod. Schurff. Consil. 61. n. 6. cent. 1. Geil. obs. pract. lib. 2. obs.  
105. Mynsing. obs. sing. cent. 5. obs. 7. constit. elect. Saxon.  
part. 4. const. 46.

100. Accusari quoq; omnes possunt; tam marces  
quam foeminae, puberes & impuperes, dolii capaces. l. 112.  
de R. J. l. 37. §. 1. de minor. Nec solum is, qui fecit inju-  
riam, sed quisquis auxilium, consilium, opem, suppe-  
tias, aut mandatum ullum contulit, ad crimen aut de-  
lictum aliquod peragendum, is puniendus est, ut prin-  
cipalis perpetrator. l. un. C. de rap. virg. l. vulgaris §. pes-  
nult. ff. de furt. Damhaud. in prax. rer. crim. cap. 133. nu. 2.  
Et licet nemo ex consilio regulariter teneatur. l. 2. §. fin.  
ff. mandat. tamen cum fraudulentum sit, & ad alterius  
tendat injuriam, merito convenitur, l. consilij 47. Et ibi  
Decius ff. de R. J. Ang. in tract. de maleficis, in verb. auxi-  
liatorem. Attamen magistratus majores. d. l. 12. in pr.  
b. t. durante officio, accusari non possunt: ut sc. proce-  
datur ad sententiam: at bene ut accusatione recepta,  
differatur processus, donec deponant officium, interim  
præstitâ cautione de fissendo judicio. l. 38. §. fin. ff. de adult.  
seus est, finito magistratu, si accusentur: l. 32. de injur.  
& de delictis post susceptum magistratum, & co duran-  
te commissis: Tunc enim vel statim accusari possunt.  
arg. l. 2. §. 3. de judic. l. 4. ad l. jul. repetund. Referuntur  
etiam huc legati, & absentes Reip. causa. l. 15. §. 1. de a-  
dult. Imo nec absentes, non Reip. causa, accusari pos-  
sunt.

sunt, sed requiri debent. l. 6. C. b. t. 3. Ob reverentiam,  
ut omnes illi, qui in jus vocari nequeunt de quibus in-  
l. 2. 3. 4. & 8. de injus voc. 4. Ob effectum pœnæ fru-  
stratorium; ut sunt servi, ubi nimirum agitur de crimi-  
nibus, quorum pœna est bonorum & civitatis adem-  
ptio. Cum enim nihil proprij, nec civitatem servih-  
beant, pœna ejusmodi in eis foret frustratoria. l. 12. §. 3.  
b. t. Sic etiam mortui accusari nequeunt, cum mors  
omnia salvat. l. 3. C. si pend. appell. mors interu. & tit. C.  
si reus vel accus. mor. Exceptis tamen casibus, in quibus  
defuncti memoria damnari potest, veluti crimine maje-  
statis, hæresis, repetundarum, &c. l. 20. b. t. l. 5. C. ad l.  
Jul. majeſt. 5. Ob mentis defectum, ut infans, & furio-  
sus. Illum enim consilij innocentia; hunc calamitas, &  
fati infelicitas excusat. l. 14. de off. Pref. l. 12. ad l. Corn.  
desicar. Et deniq; Ob accusationem ante sustentam; quia  
semel accusatus, & à judice absolutus, non potest ite-  
rum, prævaricatione & collusione cessante, l. 3. de prævar.  
de eodem criminе accusari a 7. §. 2. b. t.

101. Coeterum licet injuria uni ex familia facta,  
ad omnes consanguineos pertineat: Hæredi tamen &  
contra hæredes, injuriarum actio omnis denegatur. §. 1.  
inst. de perpet. & temp. action. l. injuriarum 28. ff. b. t. Go-  
mez. tom. 3. var. resol. c. 6. num. 14. vers. item nec hæredes.  
Nam cum injuriatus ante litis contestationem sit mor-  
tuus, non habent ejus hæredes injuriarum actionem  
agendi civilem contra injuriantem. Injuriarum eter-  
nim civiliter agere non possunt, sed tantum criminaliter  
Bart. l. ult. n. 8. de priv. delict. Wesenb. conf. 22. n. 16.  
Menoch. de arbitr. jud. quest. c. 262. num. 3. Surd. decis.  
89. n. 1. Criminaliter autem agi debent ad pœnam extra-

ordinariam & arbitrariam fisco applicandam; per gl. §. *te*  
summa inst. b. t. Marant; part. 4. dist. 1. num. 10. cum seqq.  
Nam si poena petatur pecuniaria actori applicari, civilis  
erit actio. Bart. l. ult. n. 3. & 4. de privat. delict. Et si ag-  
gatur ad revocationem & Palidonium, quam licet qui-  
dam velint esse criminalem: Marant; praall. loc. num. 20.  
verior tamen & receptione etiam est in Camera Imperij  
contraria sententia, cum tali conclusione nihil petatur  
fisco, sed potius parti; intelligi civiliter non criminali-  
ter sic agi, ut per multa Myns. Cent. 2. obs. 98. Wesenb.  
conf. 22. n. 18.

102. Civilis autem actio est duplex: Una ex Lege  
Cornelia, l. L. Cornelia. in princ. s. ff. b. t. Altera ex S. C.,  
qua de famosis libellis datur, l. un. C. de famos. libell. Illa-  
pro injuria reali datur illi, qui pulsatus, verberatus, vel  
cujus domus vi introita est. §. sed & lex inst. b. t. d. l. Lex:  
Corn. s. ff. eod. Paul. lib. s. tit. 4. §. mixto jure.

103. Quæ actio an etiam annalis sit, vel perpe-  
tua, quæritur? Nos posterius affirmantibus astipulamur  
in princ. inst. de perp. & temp. action. gl. in l. Lex Corn. s.  
in princ. in verb. dicat. b. t. Balb. in tr. de prescript. part. 4.  
quest. 1. n. 3. Bald. Angel. & Dd. & gl. in l. si non convicij s.  
C. eod. Schneid. in §. sed & lex. inst. b. t. n. 1. Myns. cent. 2.  
obs. 84. Geil. lib. 2. observ. 104.

104. Injuriæ autem aestimatio, sive actione hanc civili  
sive prætoria agatur, sit juramento ejus qui injuriā passus  
est, quam iudex ex bono & æquo, pro circumstantiarum  
ratione auget & minuit. §. poena inst. hic gl. in l. injur. aestima-  
tio ff. eod. V. Wesenb. in par. ff. ad b. t. n. 15. Gomez. var. res-  
sol. tom. 3. c. 6. n. 7. Panorm. & Felin. in c. cum te. de re ju-  
dic.

*die: Marant. in speculo part. 4. distinct. 1. nū. 6. Geil. lib. 2.  
obs. 102. n. 9. & 10. & obs. 103. n. 4. eod. lib.*

105. Hæc & posterior quidem actio ob famosos libellos datur: & quia circa majorem injuriam, quam præcedentes actiones versatur, major etiam pœna ex ea irroganda venit. *Vvesenb. in parat. hic n. 19.* Est igitur actio hæc perpetua, per ea quæ sunt allegata supra in thes. 102. pœnaq; illius ex Constit. Imp. capitalis, non tantum compositoribus, sed & repertoribus & divulgatoriis famosorum libellorum. *I. un. C. de famos. libell.* Quæ tamen pœna hodie per constitutionem Caroli V. Imperatoris laudatissimi (quæ est Const. Criminal. 110. quam etiam sequitur & approbat Constit. Elect. part. 4. constit. 44.) mitigata est & constitutum, ut ea pœna compositores & divulgatores libelli afficiantur, quâ pœna dignum est crimen, quod in libello objicitur. Quidam Dd. aiunt, quidam negant mortis pœnam etiam judicem posse statuere: posteriorem tamen sententiam ut communiorum accipit clar. lib. 5. sent. §. ult. quest. 83. nisi delicti qualitas aliud suadet.

106. Commodè etiam hîc quæritur, Nunquid judex possit, ex causa, minuere pœnam ordinariam à jure, pro aliquo delicto impositam? Respondetur, Pœnam à jure determinatam augere & minuere propter causam, posse judicem. *I. bodie 13. ff. de pœn. ubi gl. & Dd. Farin. quest. crim. 17. num. 11.* Et ita esse comm. opinionem attestatur Decius in cap. de causis, num. 18. de offic. delegat. Quod etiam procedit, si poena à statuto fuerit imposta. *Clar. §. fin. quest. 85. Sichard. ad. l. 3. & 4. C. ex quib. caus. infam. irrog. Myns. cent. 2. obs. 54.* etiamsi judex jurasset, se velle observare statuta. *Farin. d. q. crim. n. 12. n. 15. &*

E 3)

seqq.

seqq. Maximè si sit major iudex. Menoch. arbitr. jud. quest. 96. n. 10. & 14. Placa lib. i. delict. c. 33. n. 5. Tiraq. depoen. in prefat. n. 22. modo hoc faciat ex certa causa, ob necessitatem & utilitatem publicam, & ea causa, quo ad poenam statutariam augendam, in sententia exprimatur Placa. d. loco Theodoric. disp. crim. 10. th. 4. sub lit. A. Hæc autem conclusio intelligenda est, in majoribus uti dixi magistris: illi enim poenas statutarias ex causa minuere vel augere possunt: sed minores magistratus poenam ex causa cohærente delicto bene possunt minuere: si autem volunt ex causa extrinseca poenam alterare, principem consulere debent. Quam dicit comm. esse opinionem Blanc. in pr. crimin. post n. 90. & alij. Procedit autem hoc, nisi provinciæ consuetudo aliter se habeat, id est, nisi omnes poenæ criminales in arbitrio sint judicantis, prout in Francia. Deniq; attentanda & intelligenda est hæc conclusio, ut procedat ante sententiam, secus autem post sententiam. Blanc. in pract. crim. d. l. Cauti autem sint judices, ne id justa sine causa & à jure approbata faciant: ne contingat eis aliquid deterius. JUDEX enim in criminalibus causis, qui poenam imponit minorem, quam de jure imponere debebat, est infamis. l. servos. C. ad L. Jul. de vi publ. eadem aliquando etiam puniri debet poena, quâ puniendus erat reus, uti colligitur ex textu in l. 3. in fin. C. ne sanctum baptis. reiteretur. Quibus autem ex causis iudex poenam à lege impositam minuere possit, vid. & adde omnino clar. 5. sent. quest. 60. & novissime Matth. Steph. de officio iudic. lib. 9. c. 2.

107. Pœnæ autem delictorum sotibus infliguntur, & ad ipsorum, & ad facti emendationem & ad publicam tranquillitatem conservandam, & ad alios per hujus-

hujusmodi exemplum à consimili animi perversitate  
deterrendos, nec non in solatium offenditorum. Ad fa-  
cti emendationem dico, quia factum ipsum nihil aliud,  
quam coercionem postulat; non quidem, ut per eam  
factum & delictum (quod infectum reddi nequit) cor-  
rigatur & tollatur, sed ut quod meritum est, solvatur, &  
reus poenitidine ductus, à delictis imposterum absti-  
neat, nec iterum peccet, futuraq; præcaveantur. Quos  
enim timor Dei à peccatis non revocat, aut ad vitæ de-  
cora, domesticæ laudis exempla non provocant, corre-  
ctionis saltem medicina compellat, vel disciplinæ seve-  
ritas coercent. *Dambaud. pr. crim. in prefat. n. 5. 6. 7. &*  
*seqq. Gaedd. ad l. 137. in princ. n. 23. n. 29. de V. S.* De o-  
mnium poenarum ratione, bene scriptum est à *Seneca lib.*  
*I. de clementia c. 22.* Ubi in vindicandis alienis injurijs,  
inflegendisq; poenis, legem tria secutam esse scribit: ut  
aut eum, quem punit, emendet; aut ut poena ejus, cœ-  
teros reddit meliores; aut sublatis malis cæteri securio-  
res vivant. *Hering. de fidejuss. cap. 10. n. 344. & seqq. Heig.*  
*quest. 37. n. 67.* Quando enim facinorosi dimittuntur im-  
puniti, contaminantur lætitiae & gaudia hominum. *l. 3.*  
*C. de Episc. aud.* Quia poenarum fructus omnium maxi-  
mus pertinet ad exemplum. *Bodin. 7. de Republ. 4. num. 21.*  
Hinc nec facile poena remitti debet, ne alioquin quis-  
quam ad maleficia temere prosiliat. *l. 14. C. de pen.* Nec  
item judex, ubi opus, uti debet lenitate, sed severitate.  
Nam per lenitatem Rex contemnitur, lex despicitur, &  
grex inficitur: per severitatem vero Rex honoratur, lex  
salvatur, grex servatur: ubi inquit *Lucas de Penna, in l. 3.*  
*circa fin. C. de his, quæ ex pub. collat. &c.* In criminibus  
vero non adeo dolosis, quibus nulla certa poena, aut  
quidem

quidem aliqua, at aliquantum severior, & legibus tantum  
ihumanis præstituta ( veluti in crimen furti, & venatio-  
nis ferarum ) item quando non adest legitimus accusa-  
tor: Princeps sine periculo animæ clementiam suam  
exercere potest: Gomez. 3. resol. 10. n. 38. Quin imo in eo  
casu, quo aliquid adversus se privatim admissum est:  
cum summa misericordia, humanitatis, clementiae, &  
magnitudinis animi laude, veniam largitur. Unde  
Aristoteles magnimum confirmat, non recordari in-  
jurias: Imitatur enim Deum Opt. Max. qui pœnitenti-  
bus ignoscit. Hinc quoque maximopere commendatur  
Theodosius junior, qui tam admirabiliter fuit ingenij le-  
nitate, ut cum ab amicis rogaretur, cur neminem co-  
rum, qui ipsum læsissent, capitum supplicio afficeret: Ul-  
tinam, inquit, mihi liceret, & mortuos ad vitam revo-  
care. Ad privatas quidem injurias, oportet principem  
esse facilem ad ignoscendum, sed in alijs quæ lædunt:  
Remp. decet esse severiorem. Richter. Axiom. Polit. 132.

108. Cœterum hic ad finem notandum est, ex  
qualibet injuriarum actione, sive ea civiliter, sive cri-  
minaliter intentetur, infamiam condemnatis irrogari.  
*I. I. l. Athlas, §. fin. ff. de his qui notantur inf. l. injuriarum.*  
*l. non damnatos C. eod. tit. ex quib. caus. infam. irrog. l. in-*  
*famem ff. de publ. judic. Felin. inc. cum te n. 9. de rejudic.*  
*Schneid. Inst. b. t. in summa §. II. Geil. obs. pract. lib. 2. obs.*  
102. Unde etiam famosa dicitur actio. *l. Pretor. ff. eod.*

109. Mirabile autem aliquid est consilium, ut  
Bartolus loquitur, quod singulari hinc favore receptum  
videtur, & bona cautela, ad effugiendam hanc infa-  
miam: ut conventus injuriarum, vel alio famoso judi-  
cio, propter dubium litis eventum, vel per procurato-  
rem

em litiget, & compareat, vel si litigare ipse cœperit, ju-  
dicium in procuratorem transferat, ut in eum sententia,  
tanquam litis dominum feratur. Eo namque casu, con-  
demnato procuratore, nec ipse, nec dominus infamia  
notabuntur. Geil. lib. 2. obs. 102. n. 7. Joach. Beust. in tract.  
de jurejur. pag. 174. n. 9. Ang. in tract. malefic. in verb. ver-  
ba injuriosa, n. 17. Cæpol. Cautel. 12. Petr. Gregor. in syntag.  
jur. Univers. lib. 31. c. 29. n. 12. Schneid. §. in summa, inst. b.  
t. n. 12. VVesemb. in parat. ff. eod. n. 16. § in parat. ff. de his  
qui notant. infam. n. 9. Chilian. König in processu c. 58. n. 5.  
Et de varijs pœnarum generib. Rubr. 9. von der Poen der in-  
jurien vers. es wehre den sache, & novissimè Marq. Freih.  
b. 3. c. 8. n. 7. 8. § 9.

III. Procuratores autem in causis injuriarum  
intervenire possunt, cum de illis agitur civiliter, secus  
est, quando criminaliter: nisi illustres personæ hanc mo-  
veant actionem, vel suscipiant. §. in summa & ibi Schneid.  
n. 12. Inst. b. t. l. ult. C. eod. gl. & Dd. in l. an per al. ca. ap-  
pell. Bart. in l. servum §. publicus C. de procurat. l. pen. § ad  
crimen. ubi gl. de publ. judic. Panorm. in c. veniens. n. 8. de  
accusat. Angel. in d. §. in summa n. 2. Quo tamen casu ad-  
mittitur procurator, ita ut sententia condemnatoria  
proferatur, non in procuratorem, sed in personam prin-  
cipalem.

III. Infamia quoque notam Reus non incurrit, si  
ante conclusionem in causa, vel si conclusum sit ante  
condemnationem, injuriæ aestimationem persolvit. l. si  
reus. 73. ff. de procurat. Bart. in l. jusjur. & ad pecun. §. cum  
res n. 1. ff. de jurejur. ibid. Alex. n. 2. & 3. Castrenf. n. 5. Jaf.  
n. 2. Salic. n. 10. Geil. obs. lib. 2. obs. 102. n. 12. & obs. 103. per  
tot. Sententia enim condemnatoria ferri non potest,

F

ubi

ubi reus paratus est solvere: cum omnia judicia reo sol-  
vente sint absolvitoria §. fin. de perpet. & temp. act. Ergo  
nec infamia locum h̄ic habere potest. Pater meus charis.  
cent. 2. class. 3. quest. 1. Planè, ne forsitan reus per ejusmo-  
di solutionem confiteri crimen videatur: arg. l. quoniam  
§. ff. de his qui not. inf. & l. ad solutionem s. C. de re judic.

112. Secundūm quorundam autem traditionem  
tutissimum est; ut eo casu, non ipse injuriæ aestimatio-  
nem ab auctore petitam, aut poenam statuto, vel consue-  
tudine, injurijs præstitutam, solvat; sed per tertiam  
quandam personam suo nomine, absq; suo tamen man-  
dato, afferri curet. Nam tunc pro confessio haberit non  
poterit, ex alieno facto: & nihilominus tamen recipi-  
enda erit solutio. Cum à tertio etiam, licet extraneo,  
cujusq; debitum dissolvi queat: idq; recipere creditor  
cogatur. l. solvendo. 39. ff. de negoe gest. l. solutione 23. & l.  
solvere 53. ff. de solutionib. Angel. in l. non poterit. 63. ff. de  
furt. Cœpoll. caut. 12. Modest. Pistor. cons. 62. num. 3. & seqq.  
Freber. c. 8. n. 27.

113. Sic & si transactione item finit, auctoritate  
magistratus, vel judicis: Nam si propriâ & privata poter-  
itate, cum prelio transigit, infamiam non evitat. l. furti  
6. §. 3. ff. qui not. infam. l. 18. C. cod. & ibi gl. in verb. sed  
pactos. l. quanquam ff. de aq. pluv. arc. l. si stipulatus §. si lan-  
cem. ff. de solut. l. non videntur ff. de R. J. Geil. lib. 2. obs. 102.  
n. 13. cum seqq.

114. Præterea, si pacto gratuito injuriatus, nullā  
accepta pecunia, injuriam remittit. d. l. furti 6. §. 3. d. l.  
non damnatos 18. C. cod. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 6. na. 15.  
Schneid. in §. fin. n. 3. Geil. lib. 2. obs. 102. n. 17. Nam cui  
gratis auctor gratiam fecerit, vel qui precibus absq; pre-  
cio.

cio, vel intercessione amicorum inpetraverit; ne secum  
ageretur, vel ab accusatione desisteretut: is suadente  
humanitate, veniam meretur d. l. furti 6. §. pactus ff. de  
bis qui not. inf. d. l. non damnatus 18. C. eod. Humanita-  
tem vocant nostri autores, quod nos Christianam chari-  
tatem. Quod enim est in humanum, id & legi & Evan-  
gelio contrarium. Cum jubeamur, remittere proximo  
debita sua, nec vindictæ appetentes esse, nec satisfactio-  
nem durius urgere, mitissimi patris fam. exemplo, qui  
servo reliquatori, vereq; nequam, omne debitum roga-  
tus remiserat. Accedit, quod in eo, qui gratis remissio-  
nem impetrat, præsumptio ista confessionis cessat: cum  
hic nihil transfigendi causa datum fuerit. Marq. Freber. c.  
8. n. 22. & 23. Vid. omnino hic Petrum à Placa c. 6. circa fin. §.  
postremo. Et patris mei cent. 2. class. 3. quest. 4. n. 13.

115. Hinc oritur quæstio: Remittens injuriam, an  
etiam censeatur remisisse damna & interesse? pro com-  
muni & indubitata regula tradunt Dd. quod etsi quis re-  
mittat injurias sibi illatas simpliciter, nullà damnorum  
& interesse mentione factâ, non censeatur actiones sibi  
competentes remisisse. in l. sitibi §. 1. ff. de pactis per l. si domus 21. ff. de servit. urb. præd. Bald. conf. 195. nu. 4. part. 2.  
Cui accedit Alex. conf. 168. vol. 2. conf. 20. vol. 5. dicens, re-  
mittentem injurias, non videri remittere jus consequen-  
di damnum, quod ex injuria passus est. Cauti ideoq; esse  
debemus, ut curemus, non solum remitti injurias, sed  
etiam damna & interesse, Bald. in d. l. 21. si domus. Quem  
etiam sequitur Spec. tit. de accusat. §. 1. vers. quod si vulne-  
ratus.

116. Præter has actiones, quæ ex jure Justinianeo  
descendunt, ex frequenti usu & consuetudine introdu-

Ita est & alia, à Carolo V. Imperatore comprobata, quā agitur ad Palinodiam, sive recantationem verborum injuriosorum, quæ ob id reclamatoria seu revocatoria, vulgo Wiederueff appellatur. Geil. lib. 1. obs. 68. nu. 3. 4. Et s. Myns. cent. 2. obs. 98.

117. Palinodias autem actio videtur condicione quædam esse; consuetudine introducta, & Imperatoriam sanctione, (uti jam dixi) comprobata, quā honor per verba injuriosa læsus, & quodammodo ablatus, adversus injuriantem condicitur, ut is verbis contrarijs & recantationem importantibus, ablatum restituat honorem.

118. Quando autem actor ad palinodium, seu revocationem injuriosorum verborum agit: tunc in talis sententia reclamatoria, expressa honoris reservatio fieri solet: Das ihm solches an seinen Ehren ohnnachtheilig. VVesenb. in parat. ff. b. t. n. 18. Geil. obs. pract. lib. 1. obs. 65. n. 5. cum segg. In conditionibus enim quamvis famosis ex causis descendant, infamiam cessare, clari & evidentissimi juris est. l. cessat 36. ff. de oblig. Et action: vide Et adde omnino hic parent. cent. 2. class. 3. q. 4. n. 33. Schrad. in tract. de feud. 2. part. 9. partis princ. sect. 14. in princ. ubi plures citat.

119. Ad palinodium autem canendam damnum, facti infamiam, ut videlicet ejus opinio, apud vi-viros bonos ac graves oneretur, effugere haud posse, facile crediderim. arg. l. 2: ff. de obseq. parent. Et patron. prestand. l. ob. hec verba 20. ff. de his qui not. inf. l. ea qua. 13. l. interlocutio. 19. C. ex quib. caus. infam. irrog.

120. Et hanc ad reclamationem actionem, siquidem non criminalis, sed civilis est, cum actione injuriarum ad estimationem; quando injuria pœna parti applican-

plicandā petitur, cumulari posse existimamus. Geil. d. lib.  
1. obs. 65. per tot. Myns. cent. 2. obs. 98. Quoniam enim u-  
traq; actio tām Civilis, quam criminalis, ad vindictam  
comparata est, unā intentatā, altera plerunq; tollitur. l. r.  
C. quand. civ. act. crim. præjud. Bart. ibid. n. 2. l. prator edi-  
xit 7. §. 1. ff. b. t. in summa & ibi gl. in verb. agere. Inst. eod.  
Marant. de ord. judic. part. 4. dict. i. n. 5. Geil. d. l. 1. obs. 65.  
in princ. n. 1.

## Corollaria.

I. Injuriā affectus in judicio, non po-  
test confessim ex eā agere, pendente adhuc  
lite principali, sed differre actionem suam  
debet, donec principalis causa decisa sit.  
Hoc frequentioribus Dd. votis comproba-  
tur. Job. Faber in §. injuriarum 2. vers. cave. Inst.  
di injur. Henn. Gœd. cons. 30. n. 15. in praxi rece-  
ptum Henr. Bocer. in comm. L. unic. C. de famos.  
libell. c. 3. n. 32. Harpr. in §. pœna 7. inst. de injur.  
n. 14. Ernest. Cothm. vol. 1. cons. 10. n. 166. vol. 2.  
cons. 59. n. 28. 29. cons. 87. n. 4. cons. 88. n. 16. Ru-  
land. tract. de commiss. part. 4. lib. 7. c. 6. n. 11. per tot.  
Matth. Berlich. part. 5. concl. pract. 65. n. 45 & n.  
44. allegat. dissentientem Aymonem Cravettam.  
& novissimè Anton. Bullaus Discursu Academ.  
disc. 3. ad L. 8. C. de Testamentis.

II. Injuriam facit judicio Synodi re-  
ligio-

ligiosæ, si quis semel judicata, ac rectè disposita revolve, & publicè disputare contenterit. *Marcian. Imp. l. nemo, 4. vers. i. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. &c.*

III. Quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam, & veluti crimen publicum persequendum est. *Imp. Arcad. Honor. & Theodos. l. 4. vers. i. C. de Hæretic. &c. l. si quis. 10. vers. i. C. de Episc. & cleric. &c.*

IV. Injuria injustè irrogata, ejus est infamia, qui facit: autore B. *Augustin. c. inter cetera. §. foveat. 22. q. 4. &c.* Emptori quæ sit, autorem non debet contingere. *Ulpian. l. 2 per imprudentiam. 51. princ. ff. de Eviction. &c.*

---

### In Disputationem

DOCTISSIMI ET SPECTATISSIMI,  
Dn. EBERHARDI JOHANNIS,

V. CL. & Excellentiss. D. D. EBERHARDI,  
J. C. F.

#### Epigramma.

Nulla Deo, neq; Justitiæ, reperitur in Orbe.  
Res similis: nec si jungere cuncta velis.  
Hanc magni coluere viri, quis publica curæ  
Commoda, & in propriæ grata fuere solo.

Quo.

Quos inter, venerande senex E B E R H A R D E refulges  
S P E C H A N E ; ut superat candida Luna faces.  
Plurimus hoc autore viget de Jure Libellus :  
Atq; Novellarum fama superstes erit.  
Adsequitur Laudata Patris vestigia gnatus,  
Ingenio solers, quo meliora dabit.  
Jam specimen præbet monstrans, Injuria facta,  
Ore, vel in scriptis, quo trutinando modo.

S I M O N T O E L M A N P o m . D .

R o s t o c h . 12. Novemb. 1625.

---

*Ad Præstantissimum atq; Eruditissimum  
Dn. RESPONDENTEM.*

Περὶ Φῶνησ.

E B R H A R D E , quando disputas de *Injurijs*,  
Et me tuis favere vis *Injurijs*  
Fausto appreca tu, & apparatu versuum  
Solenniori vis favere *Injurijs*;  
In multa mentem distraho divertia,  
Et muginor meeum : An tuis *Injurijs*  
Possim fayere, Et an tuis *Injurijs*  
Velim fayere, Et an favere Debeam.  
Pol si manum moveo tabellâ, si nego  
Votum ad tuum tuis favere *Injurijs*,  
Timore plenus æstuo, ne grandium  
*Injuriarum* mî gravem scribas dicam,  
Sicq; ampliore subministem copiâ  
Novas tuis *Injurias* *Injurijs*;  
Sed si favere stet lubido, si impetum  
Sumam tibi & tuis favere *Injurijs*,  
Et digna laude, quam tuis *Injurijs*  
Mereris omni jure, non expectorem,  
Rursus timore proluor ne grandium  
*Injuriarum* mî gravem scribas dicam,

Sicq;

Sicq; ampliore subministrem copiâ  
Novas tuis *Injurias Injurijs*;  
Certe erubesco, nescius quid inchoem.  
Succurrit unum, Muta fert opem mihi.  
Quò liber esse possim ab omni nomine,  
*Injuriarum*, nec tuas *Injurias*.  
Reddam austiores prodigo conamine.  
Votivus adsum, Vota consecro tibi,  
EBR H A R D E, macte latus his *Injurijs*,  
Age perge, tales perge amare *Injurias*  
Quò magna magni te Patris vestigia.  
Vocant, Amicis quo vocant hortatibus  
*Viri celebris*, inclytig, PRÆSIDIS  
Dotes, & ingenii alma cornucopia.  
Sic Themiden insigni gravas *Injuriam*!  
Sic & gravas pulchrâ Parentem *Injuriam*!  
Sic ipse te lata gravas *Injuriam*?

Meo

EBERHARD. JOHAN. Specchian  
L. M. Q.  
gratulabundus deproperabam  
M. JOHAN. FABRICIUS J.I.  
Slesvicens. Holsat.

---

Dn. RESPONDENTI

**S**i quis conetur formosis quærere Nymphis  
Sponsos atq; procos, certe is conspergere turpâ  
Labe videretur Nymphas; cum corpora terfa  
De facili valeant Proculos reperire calentes;  
Sic laudare theses; esset fraudare decenti  
Laude has; Hic cesso; studeas æquare Parentem.  
Indubie spandonit cum famam scripta perennem.

Lubens de properabam


RUTGERIUS zum Bårgen  
Riga - Livonus.

as do

icio, vel intercessione amicorum  
ageretur, vel ab accusatione  
humanitate, veniam meretur  
*ibis qui not. inf. d. l. non damna*  
tem vocant nostri autores, quo  
ratem. Quod enim est in huma  
gelio contrarium. Cùm jube  
debita sua, nec vindictæ appeto  
nem durius urgere, mitissimi.  
Servo reliquatori, vereq; nequa  
tus remiserat. Accedit, quod  
nem impetrat, præsumptio ista  
híc nihil transfigendi causa datu  
8. n. 22. & 23. Vid. omnino hic. Per  
postremo. & patris mei cent. 2. cla

115. Hinc oritur quæsti  
etiam censeatur remisisse dam  
muni & indubitata regula trad  
mittat injurias sibi illatas simp  
& interesse mentione factâ, ne  
competentes remisisse. in l. sitio  
mus 21. ff. de servit. urb. pred. Ba  
Cui accedit Alex. cons. 168. vol. 2  
mittentem injurias, non videri  
di damnum, quod ex injuria pa  
debemus, ut curemus, non sc  
etiam damna & interesse, Bald.  
etiam sequitur Spec. tit. de accusa  
ratus.

116. Præter has actiones  
descendunt, ex frequenti usu &



rit; ne secum  
is suadente  
pactus. ff. de  
Humanita  
tianam chari  
legi & Evan  
tere proximo  
e satisfactio  
xemplo, qui  
ebitum roga  
atis remissio  
s cessat: cùm  
arq. Freber. c  
c. 6. circa fin. §.  
n. 13.

s. injuriam, an  
e? pro com  
od et si quis re  
à damnorum  
r actiones sibi  
ctis. per l. si do  
nu. 4. part. 2.  
. 5. dicens, re  
is consequen  
uti ideoq; esse  
injurias, sed  
omus. Quem  
quod si vulne

e Justineaneo  
line introdu  
cta est